

4<sup>to</sup> Med.

THESES MEDICÆ *2536 Med.*

De

SANGUINIS  
DETRACTIONE

PER VENAS,

*Quas*

θεῖς συνεπιθέσονται,

P R Æ S I D E

ERNESTO SONERO MEDICO ET  
Philosopho,

*publicè discutiendas proponit, & κατ' ὀνομασίαν defendere  
conabitur*

M. ABRAHAMUS BOXBARTER Augustanus.

*ad diem Januarii 23.*

In illustri Norimbergensium Academia,

A N N I

---

M. DCVI.



N O R I B E R G E,

Typis ABRAHAMI WAGENMANNI.



V I R O


NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,  
 PRUDENTISSIMO, Dn. ANDRÆ IMHOF,  
 Reipubl. Norimbergensis Senatori dignissimo, Domino  
 ac Patrono suo magno,

hocce quaecunq; grati animi observantiæq; testimo-  
 nium submissè dedicat atq; offert,

Abrahamus Boxbarter  
 A, & R



47 2596 21001



DE SANGUINIS  
 DETRACTIONE PER  
 VENAS.

THESIS PRIMA.



SANGUIS est Naturæ thesaurus, corporiq; hu- Galen: 1. de  
 mano familiarissimus, necessario tamen inter- nat. hum.  
 dum à Medico atque utiliter aperta vena extra-  
 hitur.

Ἐπιτομήματα.

I. Artem Hippocrates definiens sic scribit. ἡ τεκμή ἐστι παρὰ φύσιν ἢ  
 ἀφαιρέσις. Medicina est adjectio & detractio. Adjectio quidem utilium;  
 detractio verò inutilium. II. Sanguis autem tribus modis est inutilis:  
 vel cum propriam qualitatem non servat; vel nimis crescit copia; vel  
 deniq; motu natura contrario fertur.

lib. de Flati-  
 bus.  
 Hiero. Mer-  
 cur. lectio.  
 Bononiens.

II.

Atq; hanc ejus detractioem Natura optima dux ipsa  
 nos docuit, quæ sola sepè a αἰμορραγία à gravissimis morbis se-  
 se liberat. Quem naturæ ductum ratio quoq; & experientia  
 in magnis morbis comprobavit, ut b magni præsidii appella-  
 tionem postea hoc remedium consecutum fuerit.

a Gal. adv.  
 Erasistrat-  
 os c. 1.  
 & 3.  
 De curat;  
 per Sang.  
 miss. ca. 5.  
 b Advers.  
 Erasistrati  
 cap. 1.

I. Natura ἀποδιδάσκει dum integrè valet, quicquid vitiosum  
 aut superfluum est, id è corpore excludit. Illud verò οὐκ μάλιττα πέπη  
 τῶν τῆ ἀγὰ. Διὰ τῶν ξυμφορῶν χωρέων; quo maxime vergit, eò ducit,  
 per loca convenientia. Quare nec per urinam nec sputum, sive ἀδελον  
 ἀποπλῶν, sed per convenientes vias sanguinem educit. II. Ab hac im-  
 pulsa brutæ quædam animantia hoc & alia quoq; remediorum genera  
 invenerunt. Sic canis studiosè vomitum provocat. Ibyx Ægyptia avis  
 clysterem imitat. Hippotamus assidua satietate obesus, venam in  
 crure vulnerat, & profluvio sanguinis morbidum aliàs corpus exone-  
 rat.

Fernel. l. de  
 Venæ sect.  
 c. 2. Valle-  
 riol. loc. C5.  
 mū. l. 1. c. 4.  
 Hipp. 1.  
 Aph. 21.  
 Plin. lib. 8.  
 Natur. hist.  
 cap. 26.

Idem lib.  
cod. c. 36.  
Gal. 9. de  
placit. Hipp.  
& plat. &  
Commēt. in  
1. Epid.

rat. Ursi favos maxime expetunt, ut convulnatum ab apibus os le-  
vet sanguine gravedinem, propter quam oculi eorum crebro hebetan-  
tur, III. Hanc Medicus ejus imitator ac minister merito sequi debet.

III.

adv. Erasf.  
ftrat. cap. 1.

Qua potissimum causa adductus noster Galenus, eorū  
opinionem reprobat, qui tam generosum atq; præsentaneū  
vitæ hominis præsidium Medicinæ finibus excluderunt, quū  
propè unicū sit ac maximum magnis morbis remedium.

De Curand.  
per Sang.  
miss. cap. 1.

I. Phlebotomiam è remediōrum numero sustulerunt Chryssippus  
Gnidius, Medius atq; Aristogenes; & qui hos secutus Erasistratus, qui-  
que ab eo Erasistrati in Romæ dicti sunt. II. Hogrefut at Galenus, sum-  
ptis argumentis 1. ab Hippocratis veterumq; auctoritate. 2. à natura,  
qua ut dictum est, hanc vacuandi viam monstravit, 3. ab experien-  
tia, contrarii potissimum; Asthmaticos, Synanchicos, pulmonis inflam-  
matione, mensuraq; obstructione laborantes, ob intermissam venæ se-  
ctionem complures neci fuisse traditos.

IV.

Est autem hujus magni auxilii multiplex usus, ideoq; va-  
riè expetitur, Modo n. corporis, vasa vacuandi, modo refri-  
gerandi, modo revellendi humores atq; derivandi causa ad-  
hibetur.

lib. adv. E-  
rasistratum  
ca. 8. & 9.  
b Julius A-  
lexandr. Sa-  
lub. l. 24.  
cap. 8.  
Franc. Val-  
leriol. loc.  
Commun.  
l. 3. ca. 16.  
Gal. Comm.  
1. Aph. 23.  
Maffaria in  
Apolog.  
P. 45.  
Gal. 4.  
Meth. c. 6.

I. Inter reliquas νεωσγγείας præcipua est Venæ sectio, qua & νάσ  
& ἕξιλον Vacuatio dicitur, II. Notatur à a Galeno Erasistratus, qui ne-  
glecto hoc præsentissimo vacuationis genere, quod & citò & sine mole-  
stia fit, ad inediam, qua b ἄστυς tantum evacuat, ceterarumq;  
levissima est, confugerit. III. Inter remedia alterantia ideo venæ se-  
ctionem referimus, quia in ardentissimis febribus, totum corporis ha-  
bitum celeriter refrigerare atq; febrem jugulare potest. IV. iisdem me-  
diis ad σιλάσιον atq; πρὸς ἕτερον humorum utimur. Ceterū in hoc dif-  
ferunt, quod illa in eorum ἀρχήσις & principio morbi; hæc quando le-  
viter fluunt, aut parti inhaerent, atq; in statu adhiberi debeat: illa per-  
distantes ac contrarias; hæc per vicinas partes fiat: illa ad fontem  
mali humores trahat, hæc ad vicina loca aut latera ducat.

V.

Sed non quoties hoc vel illud ab affectu indicatur, ilicò  
ad

ad hoc nobile præsidium accedimus, cum Natura in hoc mi-  
nimè pauper, eorum nobis multitudinem suggererit.

I. Quoties agritudo cedit debilibus auxiliis, nihil aliud agendum:  
sin minus de validioribus est cogitandum.

Gal. 4. de  
tuèda sanis.

VI.

Quæritur igitur quando sic secanda vena? Nodus hic est  
difficilis, & à multis intricatus. Nos quantum poterimus, ad  
Galeni & Hippocratis sententiam eum enodabimus.

a Heurnius  
Comment.  
1. Aph. 1.  
Hipp.  
b Gal. 6. de  
Medic.  
Compos.  
c Arist. 5.  
Ethic.

I. Non remediōrum cognitio, sed recta administratio, qua a cura-  
tionis anima est, facit Medicum. Tunc enim demum ea rectè ut b He-  
rophulus, θεῶν χείρας appellaveris, si adhibita vera τειρόποι usurpentur.  
Nosse c a. quomodo ad sanitatem adhibenda sunt, & cui, & quando,  
ita difficile est, ut esse Medicum.

VII.

Hoc ut assequi rectius valeamus, scopos, in quos oculo-  
rum nostrorum acies dirigatur, initio nobis proponamus.

I. In uniuscujusq; remediī administratione scopi primo inveniendi  
sunt: quod si quis in eorum electione tanquam in fundamento aberret,  
sine quoq; frustrari eum necesse est. II. scopus n. illud est à quo curatio-  
nis sumitur indicatio. Indicatio verò est ipsa sequentis, seu eorum qua  
agenda sunt, insinuatio. III. Venæ sectionis scopi duplices sunt: pri-  
marii seu perpetui, Galeno νεωσγγείων qui ad sanguinem mittendum  
perpetuò sunt satis: & secundarii, σενεδεικνέμενοι qui ex se non eam  
vim habent, ut hoc remedium indicent; sed solum quatenus ad priores  
referuntur.

Vallelius  
Controv. l.  
7. cap. 2.  
de sang.  
Miss. c. 6.  
Maffar. de  
scopis ven-  
æ sect.

VIII.

Menodotus Empiricus unum esse tantum statuit, σενεδεικνέμενον  
αυθημερικόν, qua is absente nunquam misit sanguinem.

I. Notissimum est illud axioma Medicum: a τῷ ἐναντία τῶν ἐναν-  
τιῶν εἶναι ἰμιατα; Contrariorum contraria sunt remedia. b ἕξιλον τὸ εἶναι  
πλησμονῆς νοσήματα γένηται, ἢ κενώσις ἰήται. Qui enim à repletione morbi  
oriuntur, eos sanat vacuatio. II. c αὐθημερικόν duplex est πρὸς ἀγγεία  
& πρὸς δυνάμιν, ad vasa & vires: eaq; d rursus vel totius vel partis,  
quam postremam tamen Galenus nunquam Plenitudinis nomine a-  
pertè dignatus est. III. Ejus qua ad vasa segina sunt tensio ac tumor,  
quando

a Hip. li. de  
Flatib. id. E-  
pid. 6. sect. 5.  
b 2. Aph. 22  
c Gal. de  
sang. miss.  
cap. 4. & 6.  
d Gal. ibid.  
Horat. Au-  
genius l. 6.  
de sang.  
miss. c. 6.

quando ut Galenus inquit, membra παρρημιώδη: ad vires vero gravitas, δυσκινησία, sensus calorís aut frigorís, quorum omnium concursus Menodotus sanguinis mittendi scopum constituit.

IX.

Ejus sententia à Galeno dupliciter refutatur, tum quod præsentem παρρημιώδη alio sæpè vacationis genere tollimus, tum in morbis contrariis sanguinis missionem utiliter adhibemus.

Fernel. de Venæ sect.  
Gal. de S.M. cap. 10.  
4. Meth. 6. & 8. c. 6.  
de sang. miss. c. 8.

I. Plenitudo ubi nulla periculi vis urget, alia vacatione subtrahenda est. Licet n. frictionibus multis, balneis & ambulationibus, aliisq. motionibus; adhuc unctiōibus digerentibus eam exhaurire. II. In αιμορροιας atq. ubi quis ex alto delapsus, aut contusus est, etsi nulla nota plenitudinis appareat, ipsè quoq. Empirici sanguinem detrahunt.

X.

Alii παρρημιώδη cum æquali humorum συμμετεΐα sanguinis detractionem indicare existimant: quorum neq. nos recipimus sententiam; quia sæpè in cacochymia sanguinem auferimus.

Lib. 1. Fen. 4. c. 20.

13. Meth. 6.

De sang. Miss. c. 13.

5. Meth. 14.

6. Epid. Sect. 3.

I. Laudatur ab his Avicenna ista sententia: summoperè tibi cave, ne deducas agrum ad unam duarum rerum; scilicet humorum cholericorum ebullitionem & frigidorum cruditatem: itemq. illud Galenicum: Cacochymia purgatione corrigitur, vena sectione plethora. II. Contra quos sufficiat nobis hic Galeni locus, qui nullam crudorum humorum copiam, præsentem morbi magnitudine ac virium robore, hoc auxilium impedire posse affirmat: qua ratione adductus in causa ab ingenti cacochymia febrilibus putridis, aqua inter cutem per Πίνξαρον eduxit sanguinem. Idem tentavit in muliere, cujus sanguis ad eò corruptus fuerat, ut colore & substantia picem liquidam æquaret.

XI.

Alii morbum ejusq. causam primarium ac perpetuum venæ sectionis scopum faciunt. At neque ille est sufficiens; nam & contrarium illis indicantibus, sæpè tamen sanguinem detrahimus.

1. Morbus,

I. Morbus, quam morbus, contrarium, v. g. calefaciendum, refrigerandum, vacuandum, sive alterandum esse simpliciter, non remedii genus sive quantitatem indicat. Aqua n. inter cutem purgantia ὑδὸ γάλα, sanguinis immodica fluxio quidvis potius quam ulteriorem emissionem exposcit.

Vict. Trincavellius l. 2. Epist. 23.

XII.

Triplici igitur hac opinione reprobata, primos principesq. ac perpetuos sanguinis mittendi scopos, Morbi magnitudinem sive vehementiam, Ætatem floridam, cum virium robore constituimus; magnitudinem morbidico, ex sanguinis vitio oriundi,

Hipp. 4. de ratione vic. acut. text. 16. Gal. de sang. miss.

I. In venæ sectione maximè præcipuus est scopus morbi magnitudo, propter quam mittitur perpetuò sanguis; minimè propter vires aut etatem. II. Inter reliqua enim auxilia quibus tutissimè atq. citissimè acuto morbo correptis succurrimus, unum idq. præcipuum est sanguinis missio. Ες γὰρ τὰ ἔργα τὰ νοσήματα αὶ ἔργα τὰ νοσητέα αὖτε αὖτε εἰνεῖ ἐμὴν νοσήματα. Ad extremos morbos extrema ad unguem curatio convenientissima.

Ludovic. Mercatus de Mulier. affect. l. 3. cap. 27.

III. De secunda vena, inquit Galenus, consilium inito, præ oculis habens primos hosce scopos, nempe plenitudinis tum quantitatem tum qualitatem & virium robur. Ita q. infert Vallesius, scopus qui per se & primò indicat, affectus est, nempe plenitudo, & plenitudinis qualitas, non magnitudo. Nobis arridet illa Capivaccii sententia, qui τὸ τὸ μόντον, hoc est, vacuandum aut refrigerandum esse, à plethora sive affectu, rationem vero, quomodo insitui debeat, à morbi magnitudine indicari affirmat, ut magno affectui magnum opponatur remedium. Ubi n. materia deest, vel integra est, alienum est; at si vel copia sui malè habet, vel corrupta est, si præsens morbus vehementis, aut futurus sit; nullo modo melius succurritur. Et hac ratione Galenus in plethora mittit sanguinem, non qui a plethora adest (nam ea diversis modis tolli posset) sed ne Apoplexia, putredo aut vasorum ruptio ingruat. Siquidem in metu magni morbi sanguinem omninò detrahimus, et si nulla adsit nota plenitudinis. IV. Necessario tamen in illo magno morbo sanguis debet saltem subpeccare, quando ceteroquin morbus magnus, nullo in sanguine existente vitio, purgatione corrigitur, vel alio remedio sanatur.

Hipp. 1. Aph. 6.

De sang. Miss. c. 6.

Scholis ad 1. Aph. 3. Hipp.

Corn. Cels. l. 2. ca. 10.

De sang. miss. c. 5. &

10. Gal. ibid. c. 9. Mafsaria de scopis mittendi sang. p. 68.

Morbus

XIII.

Morbus vero tribus modis dicitur vehemens: sua essentia; partis nobilitate, & καλονηθεία.

I. Indicatur sanguinis missio non tantum ab eo, qui primo modo morbus magnus dicitur; sed & ubi nobilis aliqua pars laborat. a Ita in capitis erysipelate aut vulnere, etsi sua essentia exigua sint, ad hoc magnum presidium accedimus. Quin b & propter solam καλονηθείαν morbi hoc facimus, qui si ἐνήθης foret, nunquam de eo cogitaremus. Quicquid c n. malignum ac perniciosum est, magnum etiam appellamus. II. Præter autem triplicem hanc morbi magnitudinem, etsi diversas quidam ex Galeno adferant, eumq; inconstantiæ insimulant, nulla est quæ sanguinis missionem requirat.

XIII.

Neq; tamen semper ut nunc talis requiritur; modo futurum cum aliqua suspicio sit. Non minus n. αεσφολακλουδών quam θεωρευλουδών auxilium est Venæ sectio.

I. Prudenter ex Hippocrate monet Galenus; quæ morbis presentibus rectè peragantur, ea melius esse ut incipientibus aut imminenti-  
bus avertendo faciamus. I. I. In his locum habet Aphorismus: οὐδὲ-  
σοιοι φλεγομοῖν ἢ φαρμακείν συμφέρει, τρέπετε τὴν ἑσθὴν ποσειον φλε-  
γομοῖν ἢ φαρμακείν: quibus venæ sectio aut purgatio prodest, his vere venam secare aut medicamenta exhibere oportet.

XIV.

At quia magnum auxilium magnas vires postulat; eas quoque inter primarium scopum esse cum Gal. & Hipp. dicimus. Ubi n. illæ validæ fuerint in morbo magno, qui quidem sanguinem in societatem traxerit, sanguinem continuo mittimus; sin minus, actionem differimus.

I. Vires universalem scopum, & reliquorum omnium fundamen-  
tum vocat Montanus: Celsus primum scopum, quod hæc sola sanguinis missionem impediunt: ceteri vero si absint, copiam saltem imminuant.

II. Ea non exposcunt, sed permittunt sanguinis detractionem.  
III. Attamen ubi nullum aliud auxilium apparet, satius est experiri anceps auxilium, quam nullum: Ea q; ratione, etsi grave sit, timore q; plenissimum contra Hippocratem in gravidis audacter sangui-  
nem

nem mittere: ab hoc tamen, quia matris salus dependet, minus malum est in morbis acutis, cum abortus periculo sanguinem mittere, quam eo non detracto matrem simul ac fœtum interimere.

XV.

Indicantur illæ vel ex habitu corporis, vel ex actionibus.

I. Vires substantiam habent in carnofo genere, in spiritibus, atq; in solidis partibus. Quibus omnibus cum excellat ἡ ἐπὶ αἵματι ἐνεργία, vires simpliciter robustas indicat. De hac igitur intelligendum illud Galeni: si valida fuerint vires, sufficere duos scopos ad sanguinis missionem. Sic qui habitu duro præditi sunt, vacationes facile sustinent, partes n. αεσφολακλουδών robustas habent. I. I. Si actiones vitales valide fuerint, morbi vero magnitudo sanguinem mitti postulet; sanguinem mittes: tutius tamen si cum ea naturales; tutissime si omnes simul, I. I. In syncope non est extrahendus sanguis, nisi quando fiat ab oppressis atq; concentratis spiritibus. Tunc n. jubet Galenus aperire dextram cubiti.

XVI.

In harum autem consideratione etiam illud diligenter tenendum; εἰ ἐξ αἰματός ὁ νοσήων, viresq; consecuturæ solerti conjectura dimetiendæ.

I. Medicus, quem prudentem & ingeniosum vult esse Galenus, non ea tantum quæ ante pedes sunt videre, verum etiam futura prospicere decet. I. I. Monuit hoc ἐν ἱστορίαις Διάτρησι observandum esse divinus Hippocrates: unde nobis huc transferre quoq; liceat. I. I. Hanc ob causam Hipp. γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐν λιπαρῶσι φλεγομοιθεῖσα. Mulier utero gerens vena secta abortit. Etsi n. per se robusta fuerit, & ad vacationem perferendam idonea: colligendum tamen, possit ne superesse quod in una muliere duo simul corpora sustineat, præter quod ad morbum coquendum vires quoq; adsint necesse est. Atq; hæc de primariis & principibus nostris scopis. XVII.

Sequitur ætas, quæ secundum Hipp. & Galenum debet esse florens, hoc est, ut ipse Galenus sese explicat, quæ inter primam & extremam intercedat.

Queritur hoc loco, an omnino reliquæ ætates excludantur? Veteres in extremis ætatibus plane ab hoc auxilio abstinerunt. Postea ve-

Lud. Mercat. de Mul. aff. st. l. 3. c. 22. Fri. Valeriol. locor. Comm. l. 3. c. 16.

Gal. de sang. miss. c. 6. Gal. 11. Meth. c. 1.

Deh. M. cap. 13.

Masar. de scop.

Comment. in Hipp. 4. de rat. Victus. acut. Com.

23

l. 2. cap. 1

De sangu. miss. c. 9.

Gal. de Cōp. Medic.

αὐτῶν

Paulus Aegi. nec. l. 3. c. 8.

& l. 4. c. 21.

b Valles.

cōt. l. 7. c. 2.

c Fernel. de Venæ sect.

cap. 9.

Masar. de scopis mitt.

fang. p. 11.

Gal. de f. M.

c. 9. Valles.

Contr. l. 7.

c. 2. Miffar. de scop. p.

19.

6. Aph. 47.

Gal. 9. Met. c. 11.

Fern. de Ven. sect. c. 9.

In Idea doctrinæ Hippocraticæ,

Cels. l. 2.

cap. 10.

5. Aph. 30.

1.2. cap. 10.

ro inquit Celsus, si sus ostendit, nihil ex his esse perpetuum, alias q̄, potius observationes adhibendas, quod contra eos valere putamus qui etates non temperamento, habitu corporis & viribus, sed annorum numero, perperam metiuntur.

XIIX.

Post ista tria temperamentum & habitus corporis coindicat. Illud quidem si calidum & humidum; hic si durus & compactus minimeq; dissipabilis fuerit.

a Gal. de Cōp. Med.  
b 2. de Temperamentis Galenus  
c Gal. de S. M. cap. 6.  
d Horat. Augenius de sang. mis. l. 3. cap. 17.  
e Galen. ad Glauc. l. 1. cap. 14.  
f 6. Epid.

1. a Non affectus solum, sed & temperamentum curationem indicat. 2. b Qui natura calidiores sunt, amplas venas obtinent, sanguineq; copiosiore abundant; quare largius & facilius iis sanguis mitti debet; frigidis autem vehementer nocet sanguinis missio. Ubi tamen obstructio simul adsit, Galenus etiam in frigidis affectibus ad hoc remedium accedit. d. Consideramus autem temperamentum prout vel natura tale est, vel quavis externa aut interna causa evadit. 3. Sub temperamento etiam ἢ ἰδιοου γενναία continetur. Reperiuntur enim, qui ad quemvis sanguinis aspectum animo deficiant. Hi igitur quovis alio modo potius, quam sanguinis missione sunt curandi. 4. e Qui supra modum crassi sunt, & graciles, iis tum venam secare, tum alio modo ἀθρόως vacuare non oportet. 5. f Galenus enim cum mulieri admodum gracili sanguinem misit, spirituum & partium spermaticarum integritate adductus, hoc praestitit.

XIX.

Dandum etiam est aliquid consuetudini. Siquidem consueta facilius ferimus; ab insuetis vero graviter afficimur.

Hip. 1. Aph.  
17. Gal. 2.  
Cō. Aph. 50  
1. de Cō. s. uetudine  
1. ad Glauc. 14.

1. a Consuetudo, inquit Gal. ad evacuationes corporis non leve habet momentum. Ut enim labores, ita has quoq; secundum illam gravius aut facilius ferimus. 11. Ad hanc vita genus atq; exercitia referri debent. Qui enim multum exercentur atq; sudant, largiorem vacationem non sustinent.

XX.

Porro ad ambientem quoq; dirigenda cogitatio: qui neque calidus nimis, neq; frigidus esse debet. Convenientissimū igitur anni tempus Vernum; inter regiones autem quæ ad hujus naturam proximè accedunt.

4. Aph. 5.

1. Notum illud est Hippocrati: τὰν κίνα, καὶ τῶν κρύδων ἐργάζεσθαι αἰ Φαρμακείας.

αἰ Φαρμακείας: quoniam vires citissime dissolvuntur. Contrarium fit in hyeme, ubi propter inhibitum transpiratum suffocantur, atq; totus habitus refrigeratur. Quare secundum eundem Hip. quibus sanguine mittere convenit, iis vere, quod tempus saluberrimum est, & ἡυεὶν δὲ κίνας, mitti debet; se praesertim ἠσθενῶν καὶ φλοιδότων; non autem δὲ κίνας νέοντες hoc facimus; quandoquidem morbi magnitudo non dat inducias. 2. In regionibus autem supra modum calidis aut frigidis, sanguinem non audemus mittere.

Galenus ad Glauc. c. 14. de f. M. c. 6.

XXI.

Videndū etiam utrū pleno an parco cibo, probo aut improbo usus fuerit æger, atq; an solidas excreciones habuerit.

Gal. de f. M. cap. 7.

I. Intemperantes atq; ebriosos, neq; purgatione neq; sanguinis missione magnopere juvabis. Qui verò inediis confecti sunt, gravius leduntur. Et qui à natura rectè suoq; tempore vacuantur, ab hoc remedio excluduntur.

XXII.

Tandem etiam symptomata sunt consideranda.

I. Symptomata in sanguinis missione observanda sunt κακία, Cruditatis, Vomitus, anxietas, ventris profluvium, Convulsio, Vigilia, dolor. Quod si morbus hoc remedium urgeat; horum verò unum aut alterum adsit, potentiori tantum erit tribuendum, ut reliqua tamen nō omnino negligantur. Quare bilis v. g. initio detrahenda; ventriculus roborandus; coctio cibi expectanda; cruditas ventriculi vomitorio eiicienda; in vigiliis somnus conciliandus; dolor leniendus; postea neq; subito, neq; quantum magnitudo morbi requirit, detrahendum.

Gal. 1. ad Glauc. c. 14.

Atq; hac universali θεωρία posita, morbos qui in specie hoc remedium expostulant, quosdam subiiciemus.

XX III.

Sanguinis missione utimur præcipue in febribus, Ephemericis ac synochis; maximè verò putridis; imò etiam pestilentibus.

a 8. Meth. cap. 4.  
b Def. M. cap. 12.  
Felix Platerus Tract. de Curat. februum.  
c Ludovic. Mercatus de Indicatione. l. 1. c. 4.

I. a In Ephemera Gal. auctoritate, metu obstructionis utiliter sanguinem extrahimus. II. b Synochus, quod genus febris nunquam sine plenitudine est, largissimam omnium sustinet evacuationem. III. c Saluberrimum etiam non in continuus modo; sed & omnibus putridis

B 2

sanguini

**d Gal. 1. de differ. febrium. c. 5.** sanguinem mittere; partim ut materia morbo detrahatur; partim vero habitus refrigeretur, atque inhibita transpiratio promoveatur. **d** Quia igitur omnes pestilentes ex putredine oriri constat, adeoque tertio modo magni morbi sint, hoc generosum remedium iis quoque rectè adhiberi existimabimus.

### XXIV

Adhæc in capitis affectibus, phrenitide, Vertigine, dolore & ceteris qui non tantum à calida, verum etiam frigida materia proveniunt, v. g. in Apoplexia, Epilepsia, lethargo, convulsione, modo principes scopi non dissentiant, sanguinem utiliter detrahimus.

**a Gal. 13. Meth. c. 21. de f. M. 10.** Alexâ, Tral-  
ianus l. 1. c. 13.  
Horat. Aug.  
de sang.  
Mifl. l. 4. c. 7  
b de Curat.  
acutorum  
l. 1. c. 1.  
c de f. M. c.  
21.  
d 2. de Cur.  
diutur. c. 3.  
e Gal. Cõ-  
ment. 1.  
Aph. 23.  
f 5. Aph. 68.  
g 2. Aph.  
42.  
h 1. de Cu-  
rat. acut. c. 4  
l. 3. c. 27.  
k adverf.  
Erasistrati  
cap. 5.

**I. a** In phrenitide & lethargo, diversis secundum speciem affectibus, ab initio statim ad sanguinis diminutionem accedimus. **Postulat enim hoc tum partis præstantia, tum qui est in phrenitide aestus atque dolor, qui novam sanguinis materiem possent attrahere. Sed quia ut Aretæus monet, β εὐαγερίον ἐστὶ ἐὶς σφυγμῶν ναρὸν παρεὶν vacuare debemus.** Lethargi verò curationem præter Galenum, præstantissimi etiam **Medici, Paulus, Aëtius, Trallianus, ab hoc maximo præsidio auspicantur. II. Vertiginis sive ex calida sive frigida capitis aliarumve partium mandantium materie; siquidem revulsione atque vacatione indiget, curatio per phlebotomiam rectissime instituitur.** **Et in hoc affectu Rhasis, Eustachio Rudio referente, venâ pone aures; c Galenus verò arteriam secat: d Aretæus rectam venâ frontis sive angulorum nasci, aut arteriam referat. III. In maximis doloribus e non est majus remedium vena sectione.** **Et Hipp. f & ὁμοίως τῆς κεφαλῆς ὀδονομῆνος remedium frontis secare jubet. IV. g Apoplexiam quidem fortem discutere impossibile, debilem verò haud facile.** Si tamen ejus curationem aggredi velis, jubet **h Aretæus ex magni Hippocratis & Gal. sententia, magno affectui magnum remedium, phlebotomiam nimirum opponere; ei quoque tantum tribuit, ut hoc solum ad vitam & medelam multis suffecisse testatum reliquerit. Nam & secundum i Celsum vix aliud curationis genus sanitatem unquam restituit. V. k Galenus quoque Comitralibus venam in crure secuit, & spasnum hoc remedio curavit, sumpta ut ipse testatur ab occasione indicatione.**

**Ac**

### XXV.

At neque in his tantum, sed & oculorum doloribus, faucium, pulmonum, lateris aliarumque partium phlegmonibus, in vocis ac spirituum interceptionibus hoc præsidium laudatur; uteri quoque affectibus, ut & manuum ac pedum cruciatibus, tum externis cutis vitiiis, quoquo modo ea omnia magna fuerint, rectè adhibetur.

**I. Sufficit nobis hoc loco brevitatis causa illud adduxisse. Si Galenus in iis quos commemoravimus, morbis a verruncandis phlebotomia feliciter usus est, præsentem quoque curavit: nos quoque tum in his, tum reliquis acutis & vehementibus morbis, modo viresstante sint, ut sine noxa eam perferre atque sustinere agroti possint, rectè adhiberi affirmamus; idque Galeni & Hippocratis doctrinæ fundamentis innixi, disputando obtinere conabimur.**

### XXVI.

**Tempus incidendæ venæ Hippocrates his verbis nobis innuvit: ἀρχομένων τῶν νόσων, ἤντι δονέει κίτρι, κίτρι. Incipièntibus morbis, si quid movendum videtur, move.** Si tamen morbi principium effluerit, sanguinem quovis etiam tempore mittimus, modo scopi principes appareant.

**I. Sanguinem ab initio detrahes omnibus qui febricitant. Huic sententiæ suffragatur Celsus, qui aptissimum huic rei adversa valetudinis diem secundum aut tertium statuit. Cum enim in plerisque morbis dissolvatur virtus, mittendi quoque sanguinis occasio dierum numero deperditur. II. Hora diei optima est matutina. Quibus verò ob morbi necessitatem detrahere cogimur, quarvis diei aut noctis hora venam incidimus: particularium dumtaxat in febribus accessionum vigore excepto. In ipso enim morbi impetu mittere, hominem jugulare est. III. Solis lunæque conjunctiones, et si religiose à quibusdam observentur ita quidem indicare existimamus, ut tamen eorum causa occasionem, quæ ex morbo sumitur, & præceptum est, non temerè elabipatiamur.**

### XXVII.

Quantum verò sanguinis detrahendum sit, tum ex scopis primariis, tum reliquis conijci debet. Hi enim prout aucti aut iminuti fuerint; ita plus minusve emittendum esse indicari. n. t.

**B 2**

**I. Nihil,**

**2. Aph. 29.**  
**Paul. Æginet. l. 6. ca. 40.**  
**Gal. de f. M. cap. 20.**  
**11. Meth. g l. 2. cap. 10.**  
**Gal. de f. M. cap. 20.**  
**Paul. Æg. l. 6. cap. 40.**  
**1. Aph. 2.**



Def. M. cap. 12. **1.** Nihil, inquit Galenus, artem Medicam tam facit conjecturalem, quam cuiusque remedii quantitas. Quare impudentes atque audaces illi merito dicendi sunt, qui sanguinis emittendi certam quantitatem constituent: perinde ac si duabus heminis Atticis, aut plus paulo minusve circumscribi posset; cum ejus signa ex scopis petenda sint.

XXVIII.

Præcipuè tamen vires inspiciendæ. Eæ enim si integræ fuerint, postulante ita morbi magnitudine ad λεπθυμίαν sæpè fluxionem utiliter extendimus: sin debiles, sanguinem per ἐπιφαίεσιν educimus, ægrumque prius reficimus.

Gal. 1. Aph. 13. def. M. c. 12. **1.** In acutissimis febribus & vehementissimis doloribus, sanguinis missio ad animi deliquium mirificè confert. In quibus enim sanguinis fervescens copia apparet, quam ocysimè eos vacuare oportet, priusquam in principem aliquam partem ingruat. **11.** In ceteris illud Hippocratis observandum, qui vetat τὰς ζυμώσας εἰς τὸ ἐλαττον ἀγειν evacuationes eo ducere donec vasa concidant. Πᾶν γὰρ τὸ πλὴν τῆ φύσει πλέμων. Omne enim nimium natura inimicum. **111.** Quæ sit ex pavore sive oris vetriculi consensu λεπθυμίᾳ, quantitatem minimè terminat. **1V.** Differt à λεπθυμίᾳ συνηπὶ, ad hanc enim nunquam producenda est evacuatio.

XXIX.

Terminus ultra quem non extendi debet sanguinis missio, pulsus est in magnitudine sive æqualitate alteratio. Nam neque in fluxu neque colore perpetuo expectari debet immutatio.

Gal. adv. Erasistratum cap. 7. **I.** Nihil in arte Medicæ reperitur, quòd nisi certa mensura usurpatum prodesse possit. Eam verò in quovis individuo conjectura assequi cum non solum difficile, verum impossibile sit; expulsus alteratione infallibili signo, metienda erit. **11.** In dijudicando pulsus cautio adhibenda, ne pro vehementi, qui φανόμενος talis est, nobis imponat. Sæpè enim in inflammationibus arteria tensa atque resiccata tangenti resistit, cum facultas tamen languida sit. **111.** Gravissimè errant, qui quo impuriorem sanguinem esse vident, eo largius educendū existimāt.

XXX.

Ad rectum usum hujus auxilii etiam, ut sciamus, quæ venæ

na incidenda sit, requiritur. Hoc verò ut inveniamus à morbo ejusque causa indicationes petere debemus.

In omni evacuatione Medico hæc præcipuè consideranda sunt: ὡς δὲ δὲ. καὶ ὅταν καὶ ὅπου καὶ ὅτε καὶ ὅσῳ δὲ. Ut convenit; & qualia; & quamam via; & quando; & quantum oportet.

XXXI.

Quotiescunq; igitur morbum ante avertere volumus, parum interest, quam venam fecerimus: at præsentem eo deligenda potissimum quæ affectam partem evacuet.

In preservatione, ubi citra partis indicationem sanguis mittitur; sanguinem plerumque per communem brachii venam subtrahimus. Ubi verò pars laborare capit, per venas conjunctas vacuatio instituitur. Sic capitis gravitates in veteratosque dolores manifestè levare solet; retia frontis apertio.

XXXII.

Situs ejus cui sanguis mittendus est, si merus deliquii fuerit, in lecto declivis esse debet. Ita enim facilius evacuationem sustinebit.

Rectus situs etsi hodie usitatus, hoc incommodi habet, ut facultas animalis propter viscera dependentia gravetur. Nam & Galenus animadvertit multos inter descendendum atque rescendū animo deliquisse.

XXXIII.

Vulnus pro sanguinis substantiæ ratione majus minusve fieri debet; secandi modus à venarum situ est petendus.

**I.** Mittere sanguinem cum sit expeditissimum usum habenti; tamen ignaro difficillimum est. Cavendum igitur ne arteria aut nervus pro vena secetur, quandoquidem eæ sæpè conjunctæ sunt. **11.** Modus secandæ venæ triplex est: rectus, transversus & obliquus. Extremis utimur, quando semel extrahimus: medio ubi ἐπιφαίεσιν molimur. **111.** Errant qui venam secandam exploraturi, unguento populneo eam fricant, quod frigiditate sanguinem crassorem non subtiliorem faciant. Nam secundum Galenum ac veteres simplex oleum huic negotio est accommodatius.

XXXIV.

Emissi sanguinis observatio ex ejus substantia, quantitate, co-

6. Epid. sect. 2. Text. 25.

Corn. Cels. 12. cap. 10.

Horat. Augustinus, genius,

b Lang. Epist. 1. 1. Ep. 8.

Gal. 2. de simp. Med. & 3. de Complic.



te, colore & adjunctis desumitur, quæ singula enumerare quia nimis longum foret, studio hoc loco omittimus.

I. *Ut Medici de emissio sanguine iudicium minus fallax aut dubitum sit, sanguinis conceptacula plura, eaq; exigua adhibent, minimè tamen plumbea aut aenea, quæ ejus substantiam aut colorem immutent, quæ in loco reponunt, quem neq; Solis radii nec fumus aut ventus pertingere queat.* II. *Insania est, quod Chirurghi quidam faciunt, sanguinem palpitantem, antequam tepescat, ægroto resorbendum exhibere: quasi cum eo anima egressa esset: cum is motus ex flatulento & viscoso humore, sive animali spiritu, sanguini ob arteriarum cum venis anastomosis permixto generetur. Atq; hæc de sanguinis detractione à nobis proposita sunt: pro quibus ita disputabimus, ut tamen cedamus meliora docenti, quandoquidem ut poëta:*

Lang. i.  
Epist. 8.

Martialis l.  
spectaculo-  
rum.

Cedere majori virtutis fama secunda est,  
Illa gravis palma est, quam minor hostis habet.

Π Α Ρ Ε Ρ Γ Α.

I.

**M**EDICO etiam non sananti debetur merces.

II.

Periculi plenissimum est, tempore pestis amuletum ex Arsenico & hydrargyro gestare. Nec si aliquibus non obfuit, idcirco profuisse concedimus.

III.

Rectè pro triplici substantia, tres philosophiæ ab Aristotele assensunt.

IV.

Verè Lactantius; Pravitatis causa est ignoratio sui.

Δόξα καὶ ἡμῶν τῷ πολυελέῳ θεῷ.

F I N I S.